



Universitätsbibliothek Paderborn

**Nomenclator Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalivm Qvi
Ab Anno Christi Millesimo quippiam commentati sunt, Sev
Ab Eo Tempore quo Pontificis electione ad eos tantùm ob
Romani cleri multitudinem ...**

**La Roche posay, Henri-Louis Chasteigner de
Tolosae, 1614**

Benedicti XII. Temporibvs Clari.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10735

lum allegit Collegio, Perusiumque protinus, ut Baldum audiret, abmisit, quo exultore eos processus fecit, ut idem ipse Baldus in sanciendis dubiis, eius authoritate, sententiis, & scriptis, commodè in ipsa professoria cathedra ut plurimum vteretur scripsit

De Canonisatione S. Yuonis.

De approbatione Caroli Regis lib.

Sermonum libros.

Collationes multas.

Epistolas ad diuersos.

Eiusque Regesti volumi plura in Vatic. Biblioth. seruantur. Obiit anno 1352. Iacetque in Cathedrali Auenionensi.

BENEDICTI XII. TEMPORIBVS
CLARI.

GVILLELMVS DE CREMONA ord. S. Augustini Episcopus Nouariensis, qui perperam (quoniam intelligo) à Sixto Senensi inter Cardinales recensetur, monumentis prodidit

De authoritate Apostolica.

Expositiones in Euangelia.

In libros Sententiarum.

Orationes & Sermones. Claruit anno 1340.

VDO vel HVGO DE VITONIO, ord. Prædicatorum Cardinalis (ut obtinet fama & Bibliothecæ Prædicatorum author asseuerat;) scripsit

In Psalmum Miserere mei Deus. Claruit anno 1334.